

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XI

QUID?	CORPOR-E	QU-ES/QU-Ī	
nom. acc. qu- <u>id</u> ?	corpors > corpus	qu-ae?	corpor-a
gen. quo-ius > cu-ius?	corpor-es > corpor- <u>is</u>	qu- <u>ōr-um</u> ?	corpor- <u>om</u> > corpor- <u>um</u>
dat. quo- <u>i</u> > cu- <u>i</u> ?	corpor- <u>ei</u> > corpor- <u>ī</u>	qu- <u>ibus</u> ?	corpor- <u>ibus</u>
abl. qu- <u>ō</u> ?	corpor- <u>e</u>	qu- <u>ibus</u> ?	corpor- <u>ibus</u>

Ut ‘**corpus** hūmānum’ **dēclīnantur**: pectus -*oris* meum, ōs *ōris* pulchrum, crūs *crūris* dextrum, iecur -*oris*, (cor *cordis*, caput -*itis*); *plūrāle tantum*: viscera -*um* n pl

QUID?	FLŪMIN-E	QU-ES/QU-Ī	
nom. acc. qu- <u>id</u> ?	flūmen	qu-ae?	flūmin-a
gen. quo-ius > cu-ius?	flūmin-es > flūmin- <u>is</u>	qu- <u>ōr-um</u> ?	flūmin- <u>om</u> > flūmin- <u>um</u>
dat. quo- <u>i</u> > cu- <u>i</u> ?	flūmin- <u>ei</u> > flūmin- <u>ī</u>	qu- <u>ibus</u> ?	flūmin- <u>ibus</u>
abl. qu- <u>ō</u> ?	flūmin - <u>e</u>	qu- <u>ibus</u> ?	flūmin- <u>ibus</u>

QUID?	MAR-I	QU-ES/QU-Ī	
nom. acc. qu- <u>id</u> ?	mar-e	qu-ae?	mar- <i>ia</i>
gen. quo-ius > cu-ius?	mar- <u>is</u>	qu- <u>ōr-um</u> ?	mar- <u>iom</u> > mar- <u>ium</u>
dat. quo- <u>i</u> > cu- <u>i</u> ?	mar- <u>i</u> > - <u>ī</u>	qu- <u>ibus</u> ?	mar- <u>ibus</u>
abl. qu- <u>ō</u> ?	mar- <u>ī</u>	qu- <u>ibus</u> ?	mar- <u>ibus</u>

QUID?	ANIMAL-I	QU-ES/QU-Ī	
nom. acc. qu- <u>id</u> ?	animal	qu-ae?	animāl- <i>ia</i>
gen. quo-ius > cu-ius?	animāl- <u>is</u>	qu- <u>ōr-um</u> ?	animāl - <u>iom</u> > animāl - <u>ium</u>
dat. quo- <u>i</u> > cu- <u>i</u> ?	animāl- <u>ī</u>	qu- <u>ibus</u> ?	animāl - <u>ibus</u>
abl. qu- <u>ō</u> ?	animāl- <u>ī</u>	qu- <u>ibus</u> ?	animāl - <u>ibus</u>

MEDICUS: “PUER DORMIT.” MEDICUS ‘PUERUM DORMĪRE’ DĪCIT. (accūsātīvus cum īnfīnītīvō)

- **vidēre, audīre, sentīre**: *Iūlius puerum vocāre audit. Iūlius Quīntum vīvum esse videt.* (cap. XI, vv. 113, 122)
- **iubēre**: *Iūlius servum suum Tūsculum īre iubet atque medicum arcessere* (vv. 44-45)
- **dīcere**: *Medicus: “Puer dormit.” Medicus ‘puerum dormīre’ dīcit.* (vv. 60, 63-64)
- **putāre**: *Syra eum mortuum esse putat.* (vv. 108)
- **gaudēre**: *Syra puerum vīvere gaudet* (= *Syra gaudet quod puer vīvit*, vv. 114, 118)
- **necesse est**: *Necesse est puerum dormīre* (vv. 124-125)

NŌN MODO PEDE, SED ETIAM CAPITĒ AEGER EST. (ablātīvus līmitātiōnis)

Nōn modo pede, sed etiam capitē aeger est. Iam fīlius noster nōn modo pede, sed etiam bracchiō aeger est. (vv. 55, 131-132)


Puer **pede** aeger est,

nōn **manū**, **oculō**, cet..

Puer nōn modo **pede**,

sed etiam **capitē** aeger est.

sed etiam **bracchiō** aeger est.



NŌTĀ BENE!

- ŪNA MANUS, DUAE MANŪS: *Duae manūs et duo pedēs in corpore hūmānō sunt.* (v. 4, vidē cap. XII)
- ATQUE (< ad-que) = ET: *Quīntus oculōs claudit atque dormit.* (v. 41)
- NEC = NEQUE: *Pedem aegrū habet nec ambulāre potest.* (vv. 54-55)
- ĪNFRĀ+ ACC.: *Īnfrā oculōs genae sunt* (v. 8)
↔ SUPRĀ + ACC.: *Caput est super collum* (v. 18).
- MODO (= tantum, solum): *Bibe aquam modo!* (v. 37)
- DĒ + ABL.: *Puer stultus est, medice: nīdum in arbore reperit, arborem ascendit, dē arbore ↓ cadit.* (v. 53)
- NOSTER, NOSTRA, NOSTRUM: *Iam fīlius noster nōn modo pede, sed etiam bracchiō aeger est.* (v. 131-132)
- VESTER, VESTRA, VESTRUM: *Māter vestra trīstis est, quod Aemilius procul ab eā abest.* (cap. XII, v. 25)
- POSSE (< * pot-se): *Aemilia nōn putat medicum puerum aegrū sānāre pos-se.* (v. 133-135)